



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De Testamentis, Codicillis, & ultimis voluntatibus. Pars II. De
Hærede, & Hæreditate. Pars III. De Legitima Trebellianica, & aliis
Detractionibus

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. XXVII. Romana evictionis. De evictione, quæ præstanta est inter
cohæredes, bona hæreditaria dividentes, vel de alio contributo ad
æqualitatem servandam; Et de gestis per hæredem putativum, an, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74043](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74043)

DISCURSUS XXVI.

53

mentio in Forolivien sub. tit. de success. discr. 24.
Cum similibus, tunc etenim ob decretum annullatum, possesso habetur pro vacua, illaque refolvi-
tur in simplicem detentationem, sive ut dicitur pos-
sesso tradita sub conditione, dummodo non adit
alter heres, qua conditione purificata, actus refol-
vitur ab initio cum retroactione, juxta conditio-
natum naturam, ut latè apud Amat. dicta resolut. 39.
num. 29. & latius per Camerat. dicto cons. 5. num.
10. & seqq. & num. 14. & cons. 7. per tot. ubi in ter-
minis posterioribus facinor, qua de tempore aperta
successioni erat monialis professa, & consequenter
posita validitate professionis, erat sine dubio exclu-
sa, adeo ut in alterum heredem possesso cum justa
credulitate, & bona fide translata esset; Postmo-
dum autem ob detectam professionis nullitatem, il-
la tanquam facularia declarata fuit heres ob regu-
lam, quod qui declarat non disponit, neque aliquid
de novo facit, sed quod jam inest, ac nobis pro no-
stra imbecillitate obfcurum erat, aperit, ideoque
intra retroactio ad suum initium juxta optimum,
ac plures insinuat exemplum traditum per tex-
tum in l. adeo ff. de acquir. rer. domin. in excutiente
grana à spicis.

De alio vero punto, seu objecto, quod ista mu-
lier tanquam exclusa per masculum, dici non debe-
ret heres, cui Statutum suffragetur, habetur in hac
adem causa dicto tit. de success. discr. 21. ubi firmatur
quod hujusmodi Statuta, qua non simpliciter ex-
cludunt, sed sub certa conditione intra certum tem-
pus adimplenda, qua non adimpta successione
descernunt, dicuntur possunt vere ac simpliciter ex-
clusiva, sed sub certa conditione, qua non impleta,
femina remanet heres ab initio in ejus virili, ex ibi
deductis. Incertum autem est quid in causa sequun-
tum sit, neque desuper maturum judicium pro ve-
ritate efformare potui, cum non videbam iura alte-
rius Partis, quibus non vobis, & absque formalis dis-
putationis trutina, vix dictum judicium efformari
potest.

De consimili autem Statuto Placentino habetur
mentio sub titulo de fensis discr. 44. occasione a-
gendi, an hujusmodi Statuta suffragentur exteris,
vel comprehendant Clericos activè, & passivè; Fre-
quentiores autem quæstiones cadent solent super
qualitate bonorum, quoties ea prætenduntur fi-
deicommissaria, non autem libera, & hereditaria,
de quo apud Orlib. dicta decisione 1. a num. 11. & de-
cione 195 num. 7. & 8. & super alii ad hanc mate-
riam multa colligunt Amat. dicta resolut. 39. Post dicta
observ. 55. multaque in idem dedit Camerat.
dicta resp. 5. lib. 1. quamvis præter causa necessita-
tem pro exterorum Consulentium frequentiori ity-
lo à Curia tamen Romana abhorrito, incidenter
deducendi quidquid in ea materia habeatur.

redes, bona hereditaria dividentes, vel
alio contributo ad æqualitatem servan-
dam; Et de gestis per heredem putati-
vum, an, & quando præjudicent heredi-
vero.

S U M M A R I U M.

1. *Aeti series.*
2. *F* Inter heredes dividentes praestanda est evi-
ctio.
3. *Heres qui exigit portionem suam, non tenetur
communicare.*
4. *Quando fecus.*
5. *Quando non prefetur evictio, de qua num. 2.*
6. *Veritas non simulatio attenditur.*
7. *Quonodo constet, quod hereditatis nomine acqui-
sitione facta sit.*
8. *Heres putativus, ad quid teneatur, &c.*

D I S C . XXVII.

CUM Peccius, unicam habens filiam in
Monasterio iam professam, ista in re par-
ticulari, vel certa summa instituta, her-
dem universalem scriperit Societatem
Sanctæ Mariae de Horto, atque inter effectus her-
editarios adesset quoddam nomen debitoris suspe-
ctum, & difficilis exactionis, expediens judicarunt
ejusdem Societatis administratores, dictum creditum
convertere in annum censem cum codem debi-
tor, sed quia obstat Constitutio Pii V. super
forma creandi census, idcirco pro istius implemen-
to, ille creatus fuit ad favorem cuiusdam ex admini-
stratoribus, seu Guardianis, fingendo (juxta fre-
quentiorem praxim) formalitatem pecunie nume-
ratae unico contextu soluta dicta societati in satisfa-
ctionem debiti; Dictus autem administrator bo-
nam fidem statim recognovit cum solita declaratio-
ne, quod ipse in dicto actu nudum nomen habuisset,
quodque census, utpote creatus de bonis Societati-
tis, ad ipsam spectaret, ideoque idem census descrip-
tus fuit inter effectus hereditarios in libro particu-
lari, quem Societas pro illa hereditate tenebat ab
alio ejus libro ordinario distinctum; Hisque per-
atis, cum dicta Monialis, seu Monasterium, acquies-
cere nollet paterna dispositioni, sed peteret legitimi-
mam de jure debitam, ad istius participationem
concorditer admisso sequitur fuit, deindeque de-
venit ad divisionem, in qua iste census obtigit in
portionem Societatis heredis universalis; Cumque
fundo censito ab anterioribus hypothecis evicto,
atque debitore detecto minus idoneo, census inuti-
lis remaneret, hinc Societas contra Monasterium
judicium instituit super evictione, seu contributo,
quo mediante eadem divisio ad æqualitatem redu-
ceretur, introductaque causa coram A. C.

Scribentes pro Monasterio reo convento, non
negabant regulam in jure certam, & incontroverti-
bilem, quod inter cohæredes hereditatem dividen-
tes, de jure praestanda est evictio, quamvis nulla de-
super conventione inita sit, ubi ista non sit in contra-
rium, ad textum in l. s. fratre Cod. com. utr. quod cum
concord. per Mangi, de evict. quæst. 114. n. 1. Rot. in
Romana divisionis 28. Novembris 1613. coram Bevila-
qua; Multò verò magis ubi, ut in præsenti, ejus ex-
pressa conventione adit.

Sola etenim dubitandi ratio circa evictionem,
vel contributum inter cohæredes cadit, quando u-
nus eorum est altero diligenter, ejus partem à com-
muni debitore exigendo, quod si interim debitor
sit non solvendo, vel alter casus in altera portione

E 3

inexa-

ROMANA EVICTIONIS

P R O

SOCIETATE BEATAE MARIAE
DE HORTO.

C U M

MONASTERIO MONIALIUM N.

Casus disputatus coram A. C.

De evictione, quæ præstanda est inter cohæ-
redes. Card. de Luca P. II. de Hared.

De LUCA
de
stamentis
etcatus
GY

inexacta contingat, negligens cohæres ejus negligenter id imputare debet, neque contributi actionem aduersus diligentem habebit juxta dispositio-
nem *textus in l. fin. Cod. deposit.* Quoties tamen qui-
libet eorum pro divisio propriam portionem possi-
deat, ac administret; Secus autem quando eis pro
communi possidentibus, quilibet ex eo promiscuo
mandato, quod inter socios adesse dicitur, admini-
strat totum, quoniam si unus partem debiti à com-
muni debitore exigit, causam communem exegisse
dicitur *gl. in dicta l. fin. Cod. deposit. cum concord. per
Menoch. cons. 46.*

Sive altera dubitandi ratio cadit, potius facti,
quam juris *q. insinuata sub tit. de fideicommissariis* alibi
occasione questionis, an per divisionem, fideicom-
missum, vel ius emphyteuticum remissum censeatur,
quia nempe in hereditate extantibus bonis parti-
tim liberis, & partim fideicommissariis, vel feudali-
bus, seu emphyteuticis, in portionem unius obve-
niant libera, in illam vero alterius serua, & evictio-
subjecta, ut scilicet ista praestanda sit, quando divisio
fuit aequalis, adeo ut bona serua aequaliter estimata
fuerint, ac libera, unde propterea magna inaequalitas
alias resultaret; Secus autem ubi in estimatione
habita est ratio vinculi, seu periculi, juxta illam es-
timationem, de qua in proposito locorum mon-
tium, aliorumque bonorum vinculatorum habetur
sub tit. de Regalib. dis. 30. cum duobus seqq. quoniam
tunc dicitur evictio de natura rei, quæ praestanda
non est, dum ille, qui ratione vinculi majorem bo-
norum quantitatem de facto habuit, aleam ita emis-
se dicitur.

Dicebant tamen, quod attenta serie instrumen-
ti census initus erat ad favorem privatæ personæ,
mediante pecunia numeratæ, quæ in dissolutionem
debiti soluta fuerat, ideoque illud exegerat, quodq;
si postea ab emptore census istum acquiretere voluit,
id egit proprio, non autem hereditario nomine.

Verum scribens pro Societate (etiam cum sen-
su veritatis) dicebam iustitiam huic assistere non
obstante dicto objecto, quoniam ex facti circum-
stantiis de vita veritate constabat, quodque totum
simulacrum ad commodum, & incommodum Societas
hereditario nomine gestum erat ad *textum in l.*
*1. & 2. Cod. si quis alteri, vel sibi cum concordanti-
bus apud Buratt. decisi. 317. & 733; decisi. 153. p. 7. rec.
& passim.*

Sed quando etiam ita res se haberet, ut in instru-
mento narrabatur, adeo ut gesta inter Societatem,
& præfatum ejus administratorem, ad cuius com-
modum census creatus erat, importarent novam
dicti census acquisitionem cum ea pecunia, quæ
per debitorem ipsius Societati tamquam hereditati soluta
erat; Adhuc tamen idem resultaret effectus, dum nil
prohibebat herediti, quin pecuniam ita exactam in
hunc census ad commodum hereditatis investiret,
dum de ista voluntate dubitandum non erat ex facti
circumstantiis, & præsertim ex dicta descriptione
in libro particulari hereditario contradistincto à li-
bro proprio ipsius Societatis.

Replicabant Scribentes pro Monasterio, quod
cum ille census esset parum idoneus hinc proinde
ipsi Societati, cohæredi imputari deberet, cur illum
emerit, non bene indagando debitoris idoneitatem;
Verum ultra responsem facti ut suprà, facilis
quocq; erat responsio juris, quod scilicet de eo tem-
pore Societas totam hereditatem possidebat, ideo-
que intrat dispositio texti. *in l. sed & si leg. 8. consu-
luij ff. de petit. barear. ubiglo. Angel. Castr. & alii*
de quibus habetur etiam *sub tit. de Regal. discr. 1.*
quod scilicet heres bona fidei putativus de admini-

stratis, quamvis malè, imò consumptis, ac dissipatis
non tenetur cohæredi rationes reddere, quinid
neque in propriam portionem imputare, quoniam
data bona fide, credit bona propria administrare,
& consumere, alias non consumpturus, ideoque ad
aliud teneri non debet; Incertum autem est quid
sequuntur fit.

MACERATEN. CENSIVM,

PRO

CLAUDIO & THEODORO
DE CICOLINIS

CVM

ROSINIS & aliis.

Casus disputatus coram Thesaurario.

De imaginaria solutione, seu appropriatio-
ne bonorum defuncti, quam sibi ipsi faciat heres, expresse vel præsumptive
pro ejus credito, quod habeat contra de-
functum; An & quando, & ad quos effec-
tus intret.

SUMMARIUM.

- 1 *Facti series.*
- 2 *F Non debent assumi articuli juris, ubi factum
afficitur.*
- 3 *Quod in materia procedendum sit cum distinc-
tione casuum.*
- 4 *De illa imaginaria solutione, qua resultat juris
ministerio, quando creditor succedit debitori.*
- 5 *De differentia creditoris succendentis debitori, vel
contra debitoris succendentis creditoris.*
- 6 *Inventarium præservat a confusione actionum.*
- 7 *Quid requiratur ut heres, qui sit creditor heredi-
tatis posset sibi aliqua bona particularia appri-
piare.*
- 8 *In mandato dato ad contrahendum non venit per
sona ipsius mandatarii, nisi dicatur.*
- 9 *Tutor, vel alter administrator, quando posset emi-
re bona pupilli, vel alia contrahere.*
- 10 *An in appropriaione etiam judiciali requiratur
estimatione, decretum Iudicis, & citatio interfla-
torum.*
- 11 *De eodem circa estimationem, & subhastationem.*
- 12 *De præsumpta appropriatione, vel imaginaria solu-
tione etiam fine requisitis, de quibus num. 10. ad
effectum fructum.*
- 13 *De argumentis favore hereditatis.*
- 14 *Contrarium, & quod debeat procedi cum distinc-
tione casuum, & de eiusdem &c.*
- 15 *De ratione, ob quam heres pro rata sui creditibili-
neat fructus.*
- 16 *Quod sit præsumptio, qua cessat ex contraria pro-
batione.*
- 17 *Respondeatur argumentis, de quibus num. 13.*
- 18 *Quod in hac facti specie non intrer præsumptio, de
qua num. 12.*
- 19 *An fine requisitis, de quibus num. 10. intret ap-
propriatio ad effectum dominii in antiquis.*
- 20 *Ut dicta præsumptio suffragear etiam ad effectum
domini favoris tertii, cui facta est alienatio.*
- 21 *De distinctione inter credita ante, & post aditam
hereditatem.*

DISC.